



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma purgationis canonic[a]e a diffamato de haeresi faciendae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Inquisitorumcum Commentarijs.

501

Forma purgationis canonica a diffamato
de hæresi faciente.

182 Cumparebit namque personaliter ipse purgandus cum suis compurgatoribus, eidem in certo numero generaliter concessis talibus, qui eum, & eius vitam & mores nouerint moderno tempore, & antiquo, & sint sua conditio- nis seu ordinis, ut dictum est in secundo modo predicto processum fidei terminandi, vbi agitur de purga, cano, huiusmodi: & stabut coram Episcopo, & Inquisitore; in loco tamen vbi purgan- dus ipse nolcitur de illa hæresi infamatus, & po- netur liber Euangeliorum coram eis, ipseque diffamatus ponet manus super eum sic dicens: Ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia sacra- ta, quod tales hæresim, exprimendo eam, de qua sum diffamatus, nūquam tenui, nec credidi, nec docui, nec temeo, nec credo, negabut scilicet cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid il- lud sit: Quo factō omnes cōpurgatores ponent manus super illum librum Euangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia, quod credo ipsum verum iuraf- se: & tunc canonice est purgatus. Quia purgatio ne expleta per ipsum diffamatum, mox idem dif- famatus ut suspectus alterius, & ex aliis in dicijs, hæ- resim de qua est suspectus habitus, habens pra- dictum libellum Euangeliorum coram se, abiurabit per hunc modum.

Forma hæresim abiurandi per illum, qui
est de hæresi diffamatus, & su-
spectus alias de eadem.

183 Ego talis, de tali loco, talis ditecessis coram uo- bis Venerabilibus dominis meis N. Episco- polis talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hæreti- ce prauitatis in terris talis domini, a sancta sede Apostolica specialiter delegato, in iudicio perso- naliter constitutus, sacro sanctis Euangelijs pos- tis coram me, & inque proprijs manibus corpora- liter per me tactis, iuro me credere corde, & pro- fito ore, illam sanctam fidem catholicam, quam Romana Ecclesia credit, profitetur, praedicit & obseruat: & consequenter abiuro, detestor, abne- go, & reuoco omnem hæresim extollentem se ad uersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam cuius- que secta fuerit seu erroris.

Item iuro me credere corde, & profitore ore, quod sic & sic: exprimatur articulus catholicus co- trarius illi hæresi de qua est diffamatus, & alias suspectus, vt si est suspectus habitus, & diffama- tus, p non credit Deum esse visibilium creatorē, ut faciunt Manichei, dicet sic:

Itē iuro me credere corde, & profitore ore, quod Deus est verus creator omnium, tam visi- bilium quam inuisibilium. Et consequenter abi- iuro, detestor, abnego, & reuoco illam hæresim, quæ falso & menda citer asserit, & affirmat, qd Deus non est generalis omnium creator, sed tā-

A tummodo inuisibilium. Et si de pluribus articu- lis hæreticalibus est suspectus habitus, abiurabit quemlibet singularem per modum predictum.

Item iuro, quod nunquam predicta hæresi seu hæresibus, si plures sint, adhaesi, nec credidi, nec adhaereo, nec credo de presenti, licet propter culpam meam ex his, quæ male egī, sum dif- famatus, ppter quod habui me purgare, & alias sum suspectus merito coram vobis, quod illis hæ- resibus crediderim corde firmo.

B Item iuro, quod predicta hæresim seu hæ- reses nunquam dogmatizabo, nec predicabo, nec docebo, nec aliquem instruam in illis, seu de illis: immo iuro & promitto, si vñquam sciuerō aliquem, q aliquam hæresim de predictis, vel aliquam aliam teneat, credat, seu doceat, quod uobis dñs meis Episcopo, & Inquisitori, seu alteri vestrum seu vestrorum Vicariorum, seu successorib. ue- stris protinus quo citius potero, intimabo.

Item iuro et promitto, quod talia, et talia, q egī, propter quæ et merito sum de tali hæresi diffama- tus, et ultra, vos me habebus suspeccum, exprimā tur illa, nūquam deinceps faciam, seu dicam, nec operam dabo, quod fiuant.

C Item iuro & promitto, quod omnem peniten- tiam, quam mihi in iugere decreueritis, pro pra- dictis, pro vitibus adimplirbo, nec contraveniam in aliquo: Sic me Deus adiuuet, & ista Euange- lia sacra-cta. Quod si cōtra predicta iurata, & abiurata fecero in futurum (quod Deus auertat) pennis talibus de iure debitiss, me nunc pro tunc libere suppono, obligo, et adstringo, quatenus il- lis plectar cum probatum legitimè extiterit me talia commisse.

D Aduertendum hic tñ, quod si indicia sint talia 184 et tā fortia, quod cū infamia predicta uel absq; suspectus ve- ea reddant predictum diffamatum suspectū de hemerē omni hæresi vehementer, tunc abiurabit omnem hæ- resim generaliter: vt habitum est; et si relabatur in quamecumque hæresim, pœna relapsis debita, punie- netur, vt in cap. iner sollicitudines de purg. ca- no. & in c. Accusatus de heret. li. 6. Si autem in- dicia illa sint ita modica & leuia, q̄ etiam cū predi- cta infamia non reddant eum suspectū de hæ- resi vehementer, sed lolum leuiter, tūc sufficiet, quod abiuret non generaliter, nec simpliciter, sed singulariter hæresim, de qua habitus ē suspe- ctus ita quod si prolaborat in aliam specie hæ- resis, pœna relapsi debita non punietur ratione abiuratiōnis: quia scilicet vt suspectus leuiter ab- iurauit: licet punietur durius, quam si alias non abiurasset. Et omnia hæc patent in c. Accusatus. in princ. de heret. li. 6.

E Ratione b autem purgationis canonica est du- biūm; an si post purgationem canonicanam in can- dem speciem hæresis de qua se purgauit canon- icē, prolaboratur, pœna relapsis debita, hoc est, vlti- mo supplicio feriatur; Et videtur q̄ sic, per capi. excommunicamus, i. s. adiaceimus, ver. vel si post purgationem, & per cap. Ad abolendam. §. illos quoque de heret.

Sit cautus notarius, q̄ scribat in actis, an talis abiurauerit tāquam suspectus de hæresi leuiter,

ii 3 vel